



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Vigesimo octauum. De alio cui gressus restitutus est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

cuum, quod Falcoburgo Leucæ circiter spatio diffidet, est-  
que quarta ex trans-Mosanis Brabantiaë ditionibus, auctore <sup>A</sup>  
Guicciardino in Brabantia.

### Caput Vigessimum octauum.

*De alio cui gressus restitutus est.*

Item alteri **Q**UIDAM decem annis absque scipionibus ambulare non poterat.  
Venit ad tumulum martyris, & scipionibus illic relictis, domum <sup>B</sup>  
sanus reuersus est.

### Notatio ad Caput Vigessimum octauum.

§. Domum sanus reuersus est.

Herderen? Fuisse hunc domo Herderensem, Tungros inter, & Tra-  
iectum, ad Mosam manuscript. codex testatur. <sup>C</sup>

### Caput Vigessimum nonum.

*De dolore capitis, & gutturis mulieri Colonienfi profligato.*

**M**ULIER quædam Coloniaë in platea salaria habitans, nouem an-  
nis dolore capitis & gutturis laborauit. Nocte quadam, doloris  
immanitate urgente, beatum martyrem implorat, & ante solis ortum  
tumor & dolor omnis abscedit. Manè igitur adit sepulchrum eius, hila-  
riter suas oblationes exhibet, agit gratias, & læta redit ad suos.  
Dolorca-  
pitis & gut-  
turis pro-  
figatur.

### Notatio ad Caput Vigessimum nonum. <sup>D</sup>

**M**Anuscripti nihil hoc capite amplius afferunt, quod  
Surianaë editioni mereatur addi.

### Caput XXX.

*De puero contracto, & Ministro Episcopi Mindensis curato.*

Pueri con-  
tracti cura-  
tio. **M**INDENSIS Episcopus veniens in Giuelsberg, orandi causa ingressus  
est in sacellum, quod illic in loco cædis eius fabricatum est, Obla-  
tus <sup>tus</sup>